

VVALDEMARVS MAGNVS REX DANIAE.



VValdemarus ex regum Daniæ prosapia genitus ob plurimas corporis et animi uirtutes rex Danorum electus fuit. in eo loco adeò inclinatus, ut Magni cognomen adeptus sit. finitimos enim reges partim officijs, partim armis sibi subiecit, ac apud exterros in magna authoritate fuit, eo tempore cum Fridericus Barbarossa rebus in Germania potiretur. In primis autem Christianam religionem defendit, atq; Barbaros insidiantes persecutus est. Itaq; Vandalos bello peteis Rostockiū obsedit. pari ratione Suerinum, Racemburgum, Vualgostum, Rugē, & Magnopolim molestauit, atq; paganos in sua uerba iurare coegit.